

corsi l'infrascritti dubbj nella medesima concessione, supplica la clemenza di V. B. a volersi degnare con il suo altissimo discernimento decidere i medesimi. Che della Grazia etc.

1.^o *Se siano capaci della Grazia dell'Altare Privilegiato tutte quelle Chiese Parrocchiali, o Curate, il di cui Rettore esercita la parrocchialità con indipendenza, e non è tenuto orare pro Populo; oppure a quali delle suddette Chiese abbiassi a restringere tale privilegio?*

2.^o *Se abbiassi a concedere l'Altare Privilegiato a quelle Chiese discoste e situate sopra monti e colli, oppure a quelle in cui si fanno le Officiature Parrocchiali?*

3.^o *Se nelle Parrocchiali, che hanno due Chiese sorelle si possa concedere ad entrambe la grazia suddetta oppure alternativamente?*

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII propositis suprascriptis dubiis mentem suam benigne declarando ita respondendum mandavit.

Ad 1.^m Affirmative.

Ad 2.^m Privilegium concedendum esse primis enunciatis Ecclesiis, secundis negandum.

Ad 3.^m Ambabus concedendum esse Privilegium, dummodo in ipsis extent Sepulchra, et functiones proprie Parochiales exercentur. Datum ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die audientiae Sanctissimi 26 Martii 1760.

J. De Comitibus Secret.

CCXLVIII.

URBIS ET ORBIS

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne concessit ut Confratres et Consorores cujuscumque Confraternitatis, seu Sodalitii, aut Congregationis ubique locorum existentis dummodo sit auctoritate ordinaria erecta, aliqua corporis infirmitate laborantes, vel carceribus detenti eisdem omnibus et singulis Indulgentiis quibus gaudent coeteri confratres et consorores, gaudere possint, et valeant; ita tamen ut omissa visitatione Ecclesiae alia

pia opera injuncta, quae pro viribus peragere poterunt fideliter ac devote exequantur. Voluitque Sanctitas Sua hanc gratiam suffragari in perpetuum, et ad preces cujuscumque, Sodalitii, Confraternitatis, seu Congregationis concedi absque ulla Brevis expeditione. Datum Romae die Audientiae Sanctissimi 2 Augusti 1760.

N. CARD. ANTONELLUS PRAEF.

J. De Comitibus Secret.

CCXLIX.

CAMERINEN.

1.^m *An in Ecclesia ubi canonice erecta est Via Crucis, si Stationes et Cruces renoventur, vel mutantur, cessent Indulgentiae; ac proinde opus sit nova erectione seu approbatione?*

2.^m *An ad tempus ablati et remoti ab Ecclesia Stationibus, et Crucibus Indulgentiae ab iis acquirantur, qui in dicta Ecclesia tamquam si Stationes et Cruces extarent, exercitium devote peragunt?*

3.^m *An si dictae Stationes et Cruces remotae ut supra apponantur in parietibus Sacrarii seu Oratorii sub diverso tecto, vel alterius Ecclesiae, lucrentur Indulgentias pium peragentes exercitium ante easdem Stationes in praedictis locis ad tempus repositas?*

4.^m *An qui exercitium Viae Crucis peragunt et illud ad modicum tempus interrumpunt, puta ad audiendum sacrum, ad sumendam Eucharistiam, ad Confessionem faciendam etc., Indulgentias lucrentur si illud prosequantur, vel ad Indulgentiae acquisitionem oporteat in iis casibus illud ab initio reassumere?*

Sac. Congregatio die 16 Decembris 1760 respondit.

Ad 1.^m Negative juxta modum, et modus est quod si renoventur et mutantur, salva substantia; vel si innovetur substantia Negative, dummodo sint denuo benedictae.

Ad 2.^m Negative.



Ad 3.^m Negative quoad diversam Ecclesiam. In reliquis recurrant in casibus particularibus.

Ad 4.^m Affirmative quoad primam partem, Negative quoad secundam Nempe non teneri ad reassumendum, quia non interest moralis interruptio, neque divergitur ad actus extraneos in quo tantum casu dicitur actio discontinuata.

CCL.

URRIS ET ORBIS

Cum ex veteri more, et laudabili Ecclesiae instituto die secunda Novembris omnium Defunctorum Memoria recoli, eorumque animae ab universis Christifidelibus orationibus, eleemosynis aliisque piis operibus et Ecclesiae suffragiis, potissimum vero acceptabili Sacrosanctae Missae Sacrificio juvari soleant, Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII ex paterna sua charitate erga omnes Fideles tam vivos quam defunctos, animabus eorum, qui ex hac mortali vita in gratia et charitate Dei, nondum tamen omnibus mundanis sordibus expiatis, decesserunt, de inexhausto Catholicae Ecclesiae thesauro abundantius suffragari quam maxime cupiens, ut celerius e Purgatorii poenis liberatae ad aeternam gloriam per Dei misericordiam pervenire valeant, de consilio VV. S. R. E. Cardinalium Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositorum, universali hoc Decreto perpetuis futuris temporibus valituro benigne concedit, ut Missa die praedicta Commemorationis Defunctorum adeat Privilegio, ac si esset in Altari privilegiato celebrata, decernendo tamen, ut nonnisi consuetam eleemosynam, unusquisque Sacerdos pro dicta Missa licet Privilegiata, accipiat, et in ea tantum quantitate, quae a Synodalibus Constitutionibus, seu a Locis consuetudine regulariter praefinita fuerit. Quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Datum die 19 Maii 1761.

N. CARD. ANTONELLUS PRAEF.

J. De Comitibus Secret.

CCLI.

Relata in Sac. Congregatione Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita habita Feria secunda 8 currentis Februarii causa vertendo inter PP. Reformatos et Recollectos Ordinis S. Francisci et PP. Ord. Minor. Cappuccinorum, riteque examinatis propositis in ea dubiis, videlicet 1.^o *An subsistat facultas a P. Delegato Generali Minor. Observ. Antonio De Rubeis concessa PP. Provincialibus Cappuccinorum in Germania sub die 17 Februarii 1756?* et quatenus negative » 2.^o *An expediat, ne Fideles decipiantur, declarare Stationes Viae Crucis vigore supradictae facultatis erectas a PP. Cappuccinis in Germania non subsistere, consuetisque Indulgentiis minime gaudere?* » 3.^m *An facultas eisdem PP. Cappuccinis concessa pro quinque Episcopatibus Archidioecesis Coloniensis, et Episcopatu Costantiensi a sa. me. Benedicto XIV restringenda sit ad solas Ecclesias PP. Cappuccinorum et ad ea dumtaxat loca, ubi non extant Conventus PP. Reformatorum et Recollectorum Ordinis S. Francisci?* » Ad Primum et Secundum Eadem Sac. Congregatio rescribendum esse censuit « Consulendum Sanctissimo pro sanatione, et quatenus opus sit, pro nova concessione » Ad Tertium « Affirmative quoad primam partem. Negative quoad secundam ». De quibus facta Relatione per me infrascriptum Secretarium Sanctissimo Domino Nostro Clementi PP. XIII sub eadem die 8 februarii currentis anni 1762 Eadem Sanctitas Sua benigne annuit pro sanatione Stationum Viae Crucis vigore supradictae facultatis erectarum in Germania a PP. Provincialibus Ordinis Minorum Cappuccinorum et quatenus opus sit pro nova concessione clementer annuit; easque sic erectas consuetis Indulgentiis gaudere declaravit. Ac insuper declaravit, jussitque facultatem eisdem PP. Cappuccinis concessam pro quinque Episcopatibus Archidioecesis Coloniensis, et Episcopatu Costantiensi restringendam esse ad solas Ecclesias PP. Cappuccinorum; non autem ad ea dumtaxat loca ubi non extant Conventus PP. Reformatorum et Recollectorum Ordinis S. Francisci. Quibuscumque in contrarium facien-

tibus non obstantibus. Datum ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 25 Februarii 1762.

N. CARD. ANTONELLUS PRAEF.
J. De Comitibus Secret.

CCLII.

Quum a commorantibus in Belgio Theologis infrascripta dubia Sac. Congregationi Indulgentiarum proposita fuerint definienda, videlicet 1.^o « An cum Dominica Secunda post Epiphaniam Officium Sanctissimi Nominis Jesu, et Dominica infra Octavam Nativitatis B. M. Virginis Officium Sanctissimi Nominis Mariae est transferendum, Missae Solemni, quae tunc istis diebus cantatur de Dominica, vel de Festo altiori occurrente adnexa sit Indulgentia Plenaria a fel. rec. Innocentio XIII concessa illis qui consistentes intra Status Haereditarios Caroli VI Imperatoris interfuerint, et quatenus negative » 2.^o An tunc, et eo casu ut Christifideles eam Indulgentiam valeant adipisci cantari debeat Missa votiva Solemnis de Sanctissimo Nomine Jesu vel Mariae respective? » Eadem Sac. Congregatio habita in Palatio Apostolico Quirinali Feria II. 8 Februarii currentis anni 1762 supradictis dubiis rite examinatis rescribendum esse censuit: ad Primum « Affirmative », ad Secundum « Provisum in primo ». De quibus facta per me infrascriptum relatione Sanctissimo Domino Nostro Clementi PP. XIII in Audientia habita sub eadem die 8 Februarii, Sanctitas Sua Decreta Sac. Congregationis benigne approbavit; atque ita perpetuis futuris temporibus Indultum fel. rec. Innocentii XIII intelligendum esse ac in praxi exequendum declaravit atque mandavit. Datum ex Secretaria Sacrae Congregationis Indulgentiarum die 1 Martii 1762.

N. CARD. ANTONELLUS PRAEF.
J. De Comitibus Secret.

CCLIII.

Beatissimo Padre

È così grande il concorso dei Fedeli nel giorno della Santissima Concezione nella Chiesa de' Minori Conventuali di Premsilia che si rende affatto impossibile l'acquisto dell'Indulgenza Plenaria in detto giorno ivi concessa, e siccome ivi si solennizza detta solennità coll'ottava solenne così il Guardiano e PP. di detta Città supplicano umilmente alla Santità Vostra acciò si degni estendere detta Indulgenza alli sette giorni susseguenti da acquistarsi una sol volta dai Fedeli che concorrono. Che etc.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII Oratorum precibus benigne inclinatns Indulgentiam Plenariam Ecclesiam Min. Conventualium S. Francisci pro festo Immaculae Conceptionis B. M. V. in perpetuum concessam extendit ad totam Octavam in Ecclesia Oratorum, semel tantum lucranda, spatio Octidui ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus confessis ac S. Communionem refectis, praefatam Ecclesiam devote visitantibus. Voluitque Sanctitas Sua ejusmodi gratiam perpetuis futuris temporibus fore valituram. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 30 Novembris 1762.

J. De Comitibus Secret.

CCLIV.

Beatissimo Padre

Il Generale dei Carmelitani prostrato ai Piedi della Santità Vostra umilmente l'espone come avendo la S. V. medesima con Breve de' 17 Settembre 1759 confermato, e nuovamente concessa l'Indulgenza di 50 giorni a tutti coloro che scambievolmente salutandosi dicono « Sia lodato Gesù Cristo, » e rispondono « Amen » Comechè tanto nella sua Religione Carmelitana, quanto in moltissimi altri luoghi vi è il pio uso di dire in salutandosi « Sia lodato Gesù e Maria, » lasciando la parola « Cristo, » è insorto perciò il dubbio se con tal divoto saluto guadagnino li suddetti 50 giorni d'Indulgenza.

Supplica pertanto la S. V. per consolazione e sicurtà dei fedeli volere spiegare la sua mente su di ciò, e nel caso che sia altra la sua intenzione, prega la Sua Clemenza volere benignamente concedere al saluto, « Sia lodato Gesù e Maria » le medesime Indulgenze che sono a quello « Sia lodato Gesù Cristo, » affinché non sieno defraudate di un tal tesoro spirituale tante anime fedeli che hanno sì divoto costume. Che della Grazia etc. Quam Deus etc.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII Oratoris precibus benigne inclinatus concessit omnibus Regularibus Ordinis Carmelitarum, ut quotiescumque se invicem salutantes dixerint « *Sia lodato Gesù e Maria* » toties Indulgentiam quinquaginta dierum consequantur. Voluitque Sanctitas Sua, hanc gratiam suffragari in perpetuum absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 30 Novembris 1762.

J. De Comitibus Secret.

CCLV.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII ad humilimas preces P. Michaelis Cuyas Moderni Abbatis Regii Monasterii B. Mariae Virginis *Populeti* nuncupat. Ordinis Cisterciensis Tarraconen. Dioecesis attentis tum peculiari Religionis observantia, tum etiam divino cultu, quo Monaci in praefato Monasterio degentes laudabiliter in recitandis horis canonicis aliisque sacris functionibus Altissimo famulantur, nec non eximia erga pauperes et egenos liberalitate, aliisque virtutum meritis, quibus multipliciter commendantur, benigne inclinatus Privilegium perpetuum a fel. rec. Benedicto PP. XIV in omnibus Ecclesiis ejusdem Ordinis Cisterciensis circa Missas, quae vel in die obitus Monachorum, ac etiam Monialium sub cura, gubernio, et jurisdictione Monachorum hujusmodi existentium, vel in alio die ad quodcumque Altare Ordinis praedicti pro illorum et illarum anima, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migrasset, celebrarentur, generaliter concessum, pro animabus quorum-

cumque utriusque sexus Christifidelium in Christi charitate etiam defunctorum ad quodcumque Altare erectum sive erigendum, non solum in Ecclesia supradicti Monasterii, verum etiam in aliis ab eodem Monasterio dependentibus ex speciali gratia, etiam perpetuo extendit, et ampliavit; ita ut omnes et singulae Missae quae a Monachis tam praesentibus, quam pro tempore existentibus supradicti Monasterii pro animabus eorundem utriusque sexus Christifidelium in Christi charitate ut supra defunctorum, vel in die obitus vel in alio celebrabuntur, perinde suffragentur ac si ad Altare privilegiatum celebratae fuissent. Insuper omnibus et singulis ejusdem Monasterii Monachis tum Sacerdotibus, tum Laicis, nec non coeteris ejusdem Monasterii servitio addictis infirma valetudine laborantibus clementer indulget ut omnes et singulas Indulgentias visitantibus Ecclesias praefati Ordinis generaliter concessas, aliquas pias preces seu opus pium pro viribus arbitrio prudentis Confessarii peragentibus durante dumtaxat infirmitate consequi valeant, quas consequerentur si ipsorum Ecclesiam personaliter visitarent. Deinde iis omnibus in articulo mortis constitutis, dummodo Sanctissima Jesus et Mariae Nomina sin minus ore potuissent, saltem corde invocantibus Indulgentiam Plenariam benigne concessit. Demum omnibus ejusdem Monasterii Monachis, Sacerdotibus, Sacrosanctum Missae Sacrificium celebrantibus, Laicis vero aliisque ut supra inservientibus sacramentaliter confessis, ac S. Communionem etiam reffectis pariter Indulgentiam Plenariam semel quolibet mense lucranda eo nimirum die, quo praemissa peregerint, quam etiam animabus Fidelium Defunctorum per modum suffragii applicare valeant, etiam benigne impertitus est. Quas omnes et singulas Extensiones, Ampliationes, Indulta, Concessionem, et Impertiones perpetuis futuris temporibus valituras esse decrevit.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 1 Martii 1763.

J. De Comitibus Secret.

CCLVI.

COSTANTIEN.

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII ad preces Eminentissimi et Reverendissimi Episcopi Costantiensis eidem benigne impertitus est facultatem elargiendi Benedictionem nomine Sanctitatis Suae in quacumque Ecclesia suae Dioecesis sibi bene visa, non autem subdelegandi ad eandem Benedictionem impertiendam Episcopum suum Suffraganeum.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 22 Martii 1763.

J. De Comitibus Secret.

CCLVII.

ORDINIS PRAEMONSTRATENSIS

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII concessit Altare Privilegiatum perpetuum quotidianum quibuscumque Ecclesiis Canoniorum Regularium Ordinis Praemonstratensis etiam sub Ordinarii jurisdictione existentibus semel tantum designandum. Voluitque Eadem Sanctitas Sua hujusmodi privilegium et gratiam perpetuis futuris temporibus suffragari absque ulla Brevis expeditione. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 9 Augusti 1763.

J. De Comitibus Secret.

CCLVIII.

URBIS

Sanctissimus Dominus Noster concessit Privilegium quotidianum perpetuum omnibus Altaribus Ecclesiae Archiconfraternitatis S. Mariae de Suffragio de Urbe; idemque Privilegium concessit Altari in Oratorio ejusdem Archiconfraternitatis existenti, cum revocatione cujuscumque Brevis jam obtenti.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 23 Augusti 1763.

J. De Comitibus Secret.

CCLIX.

Quum Sac. Congregatio Indulgentiis et Sac. Reliquiis praeposita die 31 mensis Martii anno 1759 fuerit in voto, Confessionem Sacramentalem quando in Brevibus apponitur pro Indulgentiae consecutione, peragi omnino debere etiam ab his, qui sibi lethalis peccati conscii non sunt, nec non praefatam Confessionem suffragari etiam posse, si in Vigilia Festivitatis expleatur, Votumque Sac. Congregationis Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne approbaverit, illudque typis publicari sub datum 19 Maii praedicti anni mandaverit; quamplures supplices libelli tum Regularium Communitatum et praesertim Monialium, tum etiam Parochorum, et nonnullorum Episcoporum pro suis Dioecesibus porrecti sunt, quibus maxima exponebatur difficultas, quae interdum, imo persaepe accidit pro Sacramentali Confessione sive in Festo vel ad minus in Vigilia peragenda. Quamobrem ut adeo proficuis Indulgentiarum thesaurus reddatur fidelibus accomode comparandus enixis precibus supplicabant ut opportuno aliquo remedio de Apostolica benignitate providere dignaretur: quibus precibus ad praedictam Sac. Congregationem remissis, propositum in Ea fuit dubium « *An, et quomodo sit consulendum Sanctissimo super praefati Decreti executione, vel declaratione in casu etc.?* » et responsum fuit « *Consulendum Sanctissimo Domino Nostro ut concedere dignetur Indultum omnibus Christifidelibus, qui frequenti peccatorum confessione animum studentes expiare, semel saltem in hebdomada ad Sacramentum Poenitentiae accedere, nisi legitime impediuntur consueverunt, et nullius lethalis culpa a se post praedictam ultimam Confessionem commissae sibi conscii non sunt, ut omnes et quascumque Indulgentias consequi possint, etiam sine actuali Confessione, quae coeteroquin juxta praefati decreti definitionem ad eas lucrandas necessaria essent. Nihil tamen innovando circa Indulgentias Jubilaei, tam ordinarii, quam extraordinarii aliasque ad instar Jubilaei concessas, pro quibus assequendis, sicut et alia opera injuncta, ita et Sacramentalis Confessio tempore in*

earum concessione praescripto peraguntur ». Et facta per me infrascriptum ejusdem Sac. Congregationis Secretarium de praemissis omnibus Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua piis bonorum desideriis, ac votis satisfacere, et Indulgentiarum gratias iis potissimum, qui pie sancteque vivendo, donis Divinae Misericordiae digniores efficiuntur, elargiri quam maxime cupiens, benigne annuit, et praefatum Indultum in forma suprascripta expediri, et publicari mandavit; quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Datum ex Secretaria Sacrae Congregationis Indulgentiarum die 9 Decembris 1763.

N. CARD. ANTONELLUS PRAEF.

J. De Comitibus Secret.

CCLX.

ORDINIS MINORUM CONVENTUALIUM S. FRANCISCI

Sanctissimus Dominus Noster ad enixas preces Fr. Hyacinti Mariae Barberii Procuratoris Generalis Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci concessit in qualibet ejusdem Ordinis Ecclesia ubique locorum erecta et erigenda Indulgentiam Plenariam pro omnibus lucranda in uno novem dierum praeparationis ad Festum Conceptionis B. M. V. Immaculatae uti antedicti Ordinis Patronae. In aliis vero diebus pro expositione Sanctissimi Sacramenti centum dierum Indulgentiam elargitus est. Voluitque Sanctitas Sua hujusmodi gratiam perpetuis futuris temporibus valituram.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 10 Aprilis 1764.

J. De Comitibus Secret.

CCLXI.

ORDINIS EREMITARUM S. AUGUSTINI

Sanctissimus ex speciali gratia concessit in perpetuum P. Generali pro tempore Ordinis Eremitarum S. Augustini facultatem erigendi in quacumque Ecclesia sui Ordinis ubicumque locorum existente Confraternitatem sub invocatione B. M. V. Boni Con-

sili, accedente tamen consensu Ordinarii respective locorum.

Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 7 Augusti 1764.

J. De Comitibus Secret.

CCLXII.

INSTITUTI URSULARUM

Sanctissimus Dominus Noster Clemens PP. XIII benigne annuens ex speciali gratia Monialibus vulgo *Orsoline*, tum Romae tum in Gallis existentibus coeterisque in earum Monasteriis degentibus, vere poenitentibus confessis, ac S. Communionem relictis, quae earum respective Ecclesiam in singulis tribus diebus scilicet S. Ignatii, S. Agnetis, et B. Angelae a Brixia earum Fundatrice a primis vespere usque ad occasum solis dierum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, ibique juxta mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, qua die praefatorum id egerint, Indulgentiam Plenariam concessit; voluitque Sanctitas Sua hujusmodi gratiam futuris temporibus fore valituram, absque ulla Brevis expeditione. Datum Romae ex Secretaria Sac. Congregationis Indulgentiarum die 18 Septembris 1764.

J. De Comitibus Secret.

CCLXIII.

Beatissimo Padre

Alfonso di Liguori Vescovo di S. Agata de' Goti e Rettore Maggiore della Congregazione del Santissimo Redentore supplicando espone alla S. V. come con Breve Pontificio spedito il dì 11 Agosto 1757 furono alla suddetta Congregazione concesse tutte le grazie e privilegi de' PP. Dottrinisti e Pii Operarii con i quali comunicano ancora i PP. Filippini. Ma perchè si dubita che in questa generale concessione non possa esser compreso l'Altare privilegiato perpetuo quotidiano benignamente accordato alle suddette Congregazioni, supplica perciò la S. V. di voler estendere e comunicare alla suddetta Congregazione del Redentore la medesima grazia quando que-